Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



et seruerunt sculptilibus eorum: et factum est
illis in scandalum. Et immolauerunt filios
suos: et filias suas demoniis. Et effu-
derunt sanguinem innocentem: sanguinem
filiorum suorum et filiarum suarum: quas sacrifi-
cauerunt sculptilibus Chanaan. Et inter-
fecta est terra in sanguinibus: et contami-
nata est in operibus eorum: et fornicati sunt
in adinuentionibus suis. Et iratus est
furore dominus in populo suo: et abhomi-
natus est hereditatem suam. Et tradidit eos
in manus gentium: et dominati sunt eorum
qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici
eorum: et humiliati sunt sub manibus eo-
rum: sepe liberauit eos. Ipsi autem exacer-
bauerunt eum in consilio suo: et humiliati
sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribu-
larentur: et audiuit orationem eorum. Et me-
mor fuit testamenti sui: et penituit eum secun-